



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Rigobertus. 4. Januarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

8. (o)

legi. Morieris. Capis hoc? propinquos, amicos,  
opes relinques, terra corpus teget. Non videbunt  
oculi, silebit lingua. Quid ita perituri adhærebo?  
Cur tam molliter habeo corpus, quod vermis  
scatebit? Moriendum est, hoc perpende.

2. Latet me tempus, & locus obitus. Momen-  
tum mihi præstare nequico. Quām multi hodie oc-  
cident, quibus nunc mortis suæ non occurrit cogi-  
ratio? Si nunc temporis è vivis excedendum mihi  
esset, quid de me fieret? quò abirem? Quis fu-  
nivit pœnitentiaz spem fecit? Ah! quando tempus  
& locum mortis ignoro, ubique & semper eam  
præstolabor. Quoniam ubiq; temors expeditas, si sapiens  
fueris, ubiq; eam expectabis. Bern.

3. Peccato fui obnoxius, an Deo gratus mori-  
q;an? ignoro. An futurus sit obitus ad vitam, vel  
ad pœnam? nescio. Ad hanc veritatem non hor-  
ydeo? Faciendum mihi est, ut salus mea ab omni  
periculo tutta sit, mihique quasi quotidie morituro  
vixendum. Fac modò, qua moriens facta fuisse velis.

---

## S. RIGOBERTUS.

4. Januarii.

Dico autem vobis, quoniam omne  
verbum otiosum, quod locuti fue-  
rint homines, reddent rationem de  
eo in die judicij. Christus. Matth. cap. 12,

**D**iscite, qui alienam Nobilitatem non  
aliter ac hereditatem aditis, amplius  
etiam vestra operâ hanc condecorare; imò  
domi vestræ, hoc est, apud animum vestrum  
veram Nobilitatem querere. Nos ca in re  
Doctorem ecce vobis RIGOBERTUM fug-  
gerimus: hic gentis suæ splendorem literis,  
literas pietate illustravit; Hanc Rhemenscs  
Insulâ ornârunt: ille iterum hanc multis  
magnisque virtutibus, velut gemmis distin-  
xit. Sacerdotes primus id loci in utrum coë-  
git, redditusque, de quibus vivent, com-  
munes fecit. Familiariter Magistro Equitum  
Pipino est ulus, qui xeniolis, quæ Divus  
redeunti à venatione missitabat, multum  
delectatus, ter et tantum aliquando concessit,  
quantum RIGOBERTUS, dum ipse dormi-  
ret, ambulando potuit circumscribere. Ab  
eo tempore nusquam alibi vel agri lætiūs  
ridere, ridentibus nusquam mitiūs cœlum  
arridere. Aurea tempora & æternum Ver-  
dices. Sed filium Pipini Carolum (ab  
animo Martio Martellum post dictum) sacro  
fonti admovit RIGOBERTUS. At Carolus  
ingratus, quod urbem Rhensem dolo  
aggressus, non admisus esset; apertâ vi post  
fratrem debellatum ingressus, Pontificem  
sede

ſede exegit. Tulit æquo animo exilium,  
nec multò post ad Pipini dona reversus,  
vitam sanctissimè exegit. Ad tumulum nocte  
concupia lux ingens visa, & voces è cœlo  
auditz, multùm humanâ suaviores. At nos  
ſi nunquam has audimus, quid miri, obſe-  
cro, cft, quando cœlo aures claudimus?

Ex Surio

## M E D I T A T I O De Judicio particulari.

1. **S**tatim post mortem totius vite reddenda  
ratio est; id credunt Christiani omnes: ſed  
heu! quām pauci capiunt? Scit Deus quidquid fece-  
ris, dixeris, aut cogitaveris, & horum omnium ex-  
iget rationem. Heu! ipso mortis momento ſciam  
quid mihi futurum fit per aternitatem. Momen-  
tum terribile! hæc meditare: huc te para, Domini  
memorabor iuſtitia tua ſolius. David.

2. Deus iudex eſt adeo perspicax, ut omnia nō  
rit, adeo iustus, ut cujuslibet peccati pœnas fit re-  
petiturus, adeo potens, ut nemo fit, qui rigidio-  
ris ejus iuſtitiz animadverſionem effugere poſſit.  
Provide rebus tuis. Quid repondebis? Quā ra-  
tione peccatum excusabis? Ah Domine! ne deli-  
ctorum meorum, ſed ſolius infinitz tuz mifericor-  
diz memineris,

3. Alius

3. Alius non erit Iudex, ad quem possis provocare: vix lata erit sententia, cum incipiet tortorū carnificina; nihil lachrimæ, nihil gratia, nihil munera proderunt ad funesti decreti vel rescissionem, vel dilationem. Pro arbitratu meo jam meam mibi possum confidere sententiam: sim accusator, sim Iudex, sim tortor meus, & nunquam imparatus ad reddendam vitæ rationem. Quid faciam, cuncte venerit ad judicandum Deus, & cum quaferit, quid respondebo illi? Job.

## S. EDUARDUS.

1. Januarii.

*Venite Benedicti Patris mei, posside-*  
*tete paratum vobis Regnum a con-*  
*stitutione mundi. Christus Matth. 25.*

**E**DWARDVM in utero adhuc latitantem fortuna tamen Angliae Regem legit: firmavit electionem Cœlum: siquidem in Regem unus ab ipso Apostolorum Principe memoratur. Conjugio porro, ad quod invitum Regni Proceres traxerunt, Virginitatem copulavit pulcherrimo matrimonio. Pater pauperum, Filius dici poterat summi clericorum Pontificis, ita hunc semper coluit. Tributa liberaliter remisit, postquam iis incubare custodem.

Alius.